



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De auicula meritus sancti Thomae Episcopi Cantuariensis à miluo liberata,  
cap. 56.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

## C A P V T L V I .

**M**atrona quædam beatum Thomam Cantua- *Miracu-*  
riensem plurimum diligens, assiduis infirmi- *lū de ani-*  
tatibus laborabat, & cū doloribus angeretur, *malibus,*  
eundem martyre his verbis inuocabat: *Sancte, inquit, & primō*  
*Thoma, adjuua me.* Habebat autem nescio cuius ge- *de aubus*  
neris auiculam, quæ ex assiduitate audiendi, eandem  
absolutè satis proferre didicerat orationem. Die qua-  
dam, miluus extra domunculam eam videns, rapuit, &  
anolauit: in ipso raptu, dum vnguis illius auis pre-  
metetur, cunctis qui aderant audientibus, clamauit  
de aere: *Sancte Thoma adjuua me.* Ut autem mirabi-  
lis Deus martyris sui merita gloria demonstraret,  
miluo, ut auiculam dimitteret, præcepit: quæ sta-  
tim cum multa alacritate rediit ad dominam, & ille  
rapinæ suæ pœnam luens, mortuus cecidit in terram.  
**APOLLONIVS:** *Quid est quod sanctus succurrerit pe-*  
*ficitanti auiculae, & non ægrotanti famulae?* **CÆSA-**  
**RIVS:** *Quia illa aliam vitam non habebat, quam ista*  
*expectabat. Voluit etiam ei ostendere, quod dilatio-*  
*curationis eius non foret ex impotentia, sed ex prouid-*  
*entia; quia virtus in infirmitate perficitur.* Audi aliud  
miraculum.

2. Cor. 12

## C A P V T L V I I .

**M**iles quidam, Anselmus nomine, de villa Li-  
sere, columbas plurimas nutrire solebat: di-  
ctum est ei, quia grauiter nutriendo illas pec-  
caret, eo quod sara & granaria laderet pro-  
ximorum. Die quadam, eis ad comedendum annonam  
projiciens, cum omnes essent in unum coram eo con-  
gregatae, clara voce, cunctis qui aderant audientibus,  
dicebat: *Vos colubæ, si Dei voluntas est ut penes me ha-*  
*bitetis, manete; sin autem, præcipio vobis in eius nomi-*  
*ne, ut statim recedatis.* Ad q̄ verbum mox omnes co-  
lumbæ simul se leuantes, simul auolauerunt, neq; ultræ  
reuersæ sunt ad illa domicilia. **APOLLONIVS:** *Quo-*  
*modo ibi manerent potuerunt contra voluntatem di-*  
*uinam?* **CAESARIVS:** *Nō fuit Dei voluntas, ut miles eas-*  
*dem columbas nutritret, non tamen cōtra Dei volun-*  
*tatem*